IVRISPRVDENTIÆ, Liber primus, inſtar diſciplinæ inſtitutus, & Axiomatibus magna ex parte conſcriptus: Authore SEBASTIANO Derrero Areſlauionenſe, Iureconſulto, & Legum profeſſore ordinario, in inclyta Illuſtriſſimorum Archiducum Auſtriæ Academia apud Friburgum Briſgoæ.

Esta conforme al expurgat.º de 1640. Por comission del S.to Officio.
Ign.º de Camargo

LOVANII,

Ex officina Anthonij Maria Bergagne, Typogra. Iurat. Anno, 1552.

Cum Gratia & Priuilegio Cæſ. Ma.

Coll. Soc. Iesu Salm. ex dono Regni

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA SALAMANCA

Priuilegium.

Cæſareæ Maieſtatis priuilegio conceſſum eſt Antonio Mariæ Bergagne typographo iurato Vniuerſitatis Louanienſ. vt ipſe ſolus excudat, diſtribuat, ac vendat hunc librum inſcriptum, Iuriſprudentiæ Liber primus, inſtar diſciplinæ inſtitutus, authore Sebaſtiano Derrero, etc. Interdictumq; aliis omnibus ſub pœna viginti Carolinorum, etc. ne quis proximis tribus annis hunc Librum in Brabantia præſumat Imprimere, vendere, aut diſtribuere iuxta literas patentes, ſuper eodē negocio expeditas Bruxellæ Anno Domini, 1551, menſis Augusti die xvij.

Signatas P. de Lens.

Vnde, quid, & quo Ius claudatur limite, dictu
Difficile: at γραφικῶς ecce Tabella docet.

4

INVICTISSI-

mis, potentiſsimis, illuſtriſsimisque principibus, & Dominis, Dominis CAROLO & FERDINANDO *Romanorum Imperatori, & Cæſari ſemper Auguſtis: Germaniæ, Caſteliæ, Aragoniæ, Dalmaciæ, Croaciæ, Hungariæ, & Bohæmiæ &c. Regibus: Archiducibus Auſtriæ, Ducibus Burgũdiæ &c. Principibus ſuis clementiſsimis,* SEBASTIANVS *Derrerus*

Arcflauiorenſis, I. V. Doctor, & legum Profeſſor ordinarius, in celeberrima Archiducum Auſtriæ Academia, apud Briſgaudiæ Friburgum, ſeſe cum ſumma honorum & operarum exhibitione commendat.

POterit inuictiſsimi Illuſtriſsimiq; Principes ſemper Auguſti, pluribus nouum atq; inſolens videri, quod ego præſens ſpecimẽ in legalibus ſcitis

AD INVICTISSIMOS Principes CAROLVM. V. huius nominis Imperatorem, & FERDINANDVM Romanorum Regem: Gerardi Ciſani Burgundi Arboſienſis, Carmen.

Non mihi grandiloqui ſi iam ſit muſa Maronis,
Neſtoris eloquium dulce, aut facundia πειτοῦς·
Ipſe queam dignis hic vos celebrare camœnis
Auſtriades toto gens nunc venerabilis Orbe.
Nam quid ego in vobis ſpectē, niſi ἀμύμονα prorſus
Omnia? quid Reges tam iuſto Marte ſubactos,
Quid populos Chriſto victos, quid cætera dicam?
Vnus Derrerus, quo Sueuica terra ſuperbit,
Maiores omni fecit vos laude Priorum,
Ius ſiquidem veſtrum, pelagus tranabile nulli
Hactenus, is forma quadam, veſtiuit & arte:
Quæ docet & Scyllas tuto et vitare Charybdes
Cuncta dein certo ſcripturus tramite Iura:
Vt bene diſiectis ſplendeſcant ipſa tenebris.
Vndé perenne decus, laus, gloria vos manet ingens.
Cùm detis auſpicium ceptis fœlicibus huius,
Cognita quæ nullis ſeclis modò lumina produnt.
O vos externis, non tantùm ſtemmate claros

Legi

PETRI PETREMANDI VESUNTINENSIS, IN IURISPRUDEN-

di Veſuntinenſis, in Iuriſpruden-

tiam, ad Lectorem, Præfatio.

PARENS ILLA RErum omnium natura (amice Lector) homini nihil præſtantius, conducibilius, magiſq; neceſſarium potuit cōcedere, quā portionē illā diuinitatis, mentē, ſiue (vt aliꝗ volunt) intellectū, omnis inuentionis iudiciĳque ſummū Parentē, nimirū, cuius ope atq; ductu, homo ad diuinam illam Idæā, omniū veriſſimā, potētiſſimā, ſapientiſſimāque aduertēs, a principio ſublimiorū cauſas ex ſenſibilibus iſtis cum indagare, attētiuſque intueri cœpiſſet: euenit, (quoniā arcana Naturæ penitius rimaretur, auidiuſq; introſpiceret) vt rerum pene omnium diuinarum, ſimul & naturaliū cauſas, & principia perueſtigauerit, cognoueritque. Inde inquiſitio initiorū, & tanquam ſeminū, vnde eſſent omnia orta, generata, concreta, quæque cuiuſq; generis vel inanimi, vel animati, vel muti, vel loquentis origo. Quæ vita, quis interitus, quæque ex alio in aliud viciſſitudo, atq; mutatio. Vnde terra, & quibus librata pōderib⁹: a quibus itē cauernis maria ſuſtineantur. Hinc moueri motuſq; tractari, & vnde iſta orirentur, quo vere cederent, ſtudioſe obſeruatū. Syderum item magnitudines, interualla, curſuſq; inquiſiti. Breuiter cuncta terrena fere & cœleſtia: tāta mētis eſt vis, atq; pſtātia. Verū cū oīa diſꝑſa, atq; diſſipata eſſet, (M. Tullio, libro de Oratore

Mens diuinitatis portio.

Indagatio initiorum vnde.

Mentis nobilitas.

primo

1 *Diſciplinæ hoc vnicum habent præcipuum & peculiare, quod in illis, principe loco obiectum (quod materia, circa quam nominari ſolet) ad propriam rationem coarctari, illamq́ rationem[a] viciſſim ad omnes obiecti ſpecies, pro modo latitudinis, accommodari neceſſe ſit.*

Diſciplinæ in quo contineant.

a Ariſtotel. i. lib. ethi. cap. i.

2 *Equidem per hanc vnicã coarctationem & accommodationẽ, diſciplinæ inuicem liquido diſcrimine ſecernuntur, naſciturq́ in illis quæq́ pertinens conſideratio, & præceptio.*

Diſciplinæ ꝑ quid inuicẽ ſecernantur.

3 *Nam qui eò laborat, vt mortale[b] hoc, induat immortalitatem, pro æterna beatitudine perfruẽda: is fidem,*

Idem obiectũ, ſub diuerſa ratione, in diuerſis diſciplinis cõſideratur.

b i. ad Corinthi. xv.

A cha-